

CAP. XXV.

DE

RADICVM INVENTIONE.

§. I. Quamvis radices Paradigmatum ope facile inveniantur, quia voces eadem ratione ex radicibus flectuntur, qua flexæ ad easdem reducuntur; Nihilominus in gratiam discernentium quædam monebo, quæ hoc negotium facilitant.

§. II. Pleræque radices tribus, paucæ quatuor literis constant; nos de trium literarum radicibus erimus solliciti, quia reliquæ admodum paucæ sunt, & peregrinæ, usuque facilius quam regulis addiscuntur.

§. III. Proposita voce cujus radix investiganda est, quærat ex Versione B. Schmidii ejus significatio, deinde abjiciantur omnes serviles i. e. præfixa, suffixa, terminationes & characteres Conjugationum &c. Si remanserint tres literæ, habebis radicem quæsitam Verbi perfecti. v. gr.

וַיִּפְקְרוּ & *vificabunt*. Abjectis Servilibus remanet פִּקְר

§. IV. Si cognita vocis significatione, & abjectis literis servilibus, remaneant tantum duæ literæ.

Vel